



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LV. Markgraf Ludwig genehmigt die Veräußerung des von ihm verpfändeten Ortes Wittenberge durch Georg von Garstenbüttel an Johann von Buch, im Jahre 1337.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

super summum altare beati Nicolai, transferendo etiam in personam Magistri Nicolai, tunc Rectoris ejusdem ecclesie, cum omni jure, quo ad nos pertinuerunt, ad honorem Dei et beati Nicolai voluntarie offerendo per dotationem altaris in eadem ecclesia Kyritz, in honorem beate Catharine virginis et sancte Marie Magdalene antea consecrati ob salutem animarum in fraternitate exulum, per ipsum Magistrum Nicolaum et Magistros Ghulde et fraternitatis ejusdem convertendos, ita, quod ejusdem altaris provisio, collatio et ordinatio ad Magistrum Nicolaum predictum, et quemlibet ejusdem successorem, qui pro tempore fuerit, tanquam altaris sue ecclesie incorporati debeat pertinere. Renunciamus igitur omni juri et proprietati et possessioni dictorum proventuum seu reddituum ac etiam juri patronatus, Si quod nobis haecenus competeat, ipsum in personam Magistri Nicolai nomine sue ecclesie omnimodo transferentes, cum uno Choro filiginis emto, quem habuimus et habemus bonis in eisdem. Insuper redditus unius chori filiginis ex villa Borentin sumendi, ante dictis Magistro Nicolao et Magistris Ghulde vendidimus predicto altari apponendos, cujus venditionis pretium nos percepisse, et in utilitatem nostram convertisse fideliter profiteamur, renunciantes omni exceptioni non numerate pecunie, doli mali aut quomodolibet aliter excogitati aut quo nomine censeatur, per quod contractus hujusmodi impediri, impugnari aut retractari valeat, aut rescindi. Curie igitur, a quibus solvantur hujusmodi redditus sunt in locis infra scriptis. In Tytze in parte aquilonari Henricus Sceper cum sex modis filiginis et duobus solidis Brandenburgicis. Nicolaus Withun cum sex modis filiginis et duobus solidis Brandenburgicis. In parte australi Arnoldus Rossawe cum dimidio choro filiginis et quatuor solidis et Hermannus Longus cum dimidio choro filiginis. Arnoldus Sceper cum sex modis filiginis et duobus solidis. Henricus Rodolphi cum sex modis filiginis et duobus solidis, et in illis, qui dicuntur Cotzten, octo solidos. Item in villa Borentyn in parte aquilonari Cuneke Kerkhoff cum dimidio choro filiginis; Ditmer Sconermarcke cum dimidio choro filiginis; in parte australi ambo Spighelshagen quivis dimidium chorum filiginis. Item in villa Scartow cum tribus modis ordeï, et Relicta Wadefchinkels cum tribus modis ordeï. In parte australi Henningus Wichorghes cum dimidio choro filiginis et tribus modis ordeï, Clare cum tribus modis ordeï, Ludeke Wadefinkel cum sex modis ordeï, Broue cum tribus modis ordeï, Mauritius Righe cum dimidio choro filiginis et tribus modis ordeï. Promittimus etiam bona fide, quod cum presentiam Domini Marchionis, a quo tenemus in pheodum redditus ante dictos, habere potuimus, ad bonum ecclesie et Magistri Nicolai ac provisorum Ghulde seu fraternitatis volumus resignare pacta seu redditus supra dictos. Horum omnium testes sunt consules civitatis Kyritz, Henningus Bolle, Gotfcalcus de Tytze, Johannes Sarnow, Gerhardus Erdmen, Johannes Untiffe, Conradus Stegheman, Bordeke et Gherardus Monetarius et quam plures alii fide digni. Data sub nostris sigillis anno millesimo trecentesimo tricesimo septimo, feria quinta infra octavas Pasche.

Beckmann's Beschreib. d. Churm. Brand. V, II, IV, 160.

**LV. Markgraf Ludwig genehmigt die Veräußerung des von ihm verpfändeten Ortes Wittenberge durch Georg von Garstebüttel an Johann von Buch, im Jahre 1337.**

Anno domini MCCC tricesimo septimo, in crastino beati Mathie apostoli. Ludovicus etc. Ex mera nostre mentis benivolentia honesto militi domino Johanni de Buch, Capitaneo nostro dilecto, contulimus et presentibus conferimus, dedimus et donauimus facultatem liberam et posse plena-

rium exfoluendi et emendi castrum et opidum dictum Wittenberg a strenuo uiro Georio de Garstelbutel, qui a nobis ipsum in feodum tenuit, cum uniuersis suis pertinenciis etc., Sicut ipsum Georius a nobis tenuit et possedit sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendum. Tali tamen conditione interposita uel adiecta, quod nos heredes et successores nostri habebimus et habebunt reemendi a predicto domino Johanne de Buch vel ab eius heredibus feodi capacibus pro mille et centum marcis argenti brandenburgenis et ponderis dictum castrum et opidum cum conditionibus uniuersis preexpressis, dum noluerimus aut noluerint, facultatem liberam, contradictione ipsius et ipsorum qualibet quiescente. Poterimus etiam, si idem dominus Johannes de Buch heredibus feodi capacibus non derelictis decefferit, quod absit, a filiabus suis id ipsum castrum et opidum cum suis pertinentiis pro octingentis marcis argenti brandenburgenis et ponderis reemere, dum nobis aut nostris heredibus uidetur expedire. Nolentes etiam quod predicti castri et opidi reemptio, per nos, heredes et successores nostros facienda, sibi uel heredibus suis in territorio siue dominio dicto Garstowe uel in ipsorum pertinentiis quibuscunque grauamen et preiudicium aliquod inferat uel inducat. Debebimus etiam sibi quantitatem summe, ad centum marcas argenti brandenburgenis et ponderis se extendentem, in structuram et edificia rite conuersam reemptionis tempore plenarie refarcire. Volumus etiam et tenebimur sibi super bonis uel redditibus quibuscunque ex nouo ab ipso castris legitime comparatis uel comparandis secundum estimationem ydoneorum sufficientem facere recompensam. Nunciamus etiam ipsum dominum Johannem de Buch, de quingentis marcis, a predicto Georio de Garstelbuttel occasione placitorum pro dicto castro et opido habitorum perceptis, quod dicta summa in computationem per ipsum dominum Johannem, in Prenzla factam, deuenerat, quitum presentibus et solutum. Testes huius sunt nobilis uir Hermannus comes de Hennenberg, Dippoldus Guffo, Beringerus Helo marscalcus, Jo. Hufener magister camere, Bonbrecht pincerna, cum ceteris pluribus fide dignis. Datam Spandow, anno, die, loco et tempore prenotato.

Beckmann's Beschreib. d. Churm. V, II, VIII, Sp. 329.

**LVI.** Bischof Dieterich von Havelberg citirt in Sachen der Ermordung des Erzbischofs Burchard von Magdeburg die Bürger zu Halle vor sich, im Jahre 1338.

Thidericvs, Dei gratia Havelbergenfis ecclesie Episcopus, iudex vnicus quoad negotium infra scriptum a sede apostolica deputatus, discretis uiris, Rectoribus Ecclesiarum per opidum Hallense, constitutis, salutem et mandatis Apostolicis firmiter obedire. Cum consules et rectores opidi Hallensis, Magdeb. diocesis, in negotio confirmationis cuiusdam sententie, diffinitive late per venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum Ottonem, sancte Magdeburgenfis Ecclesie Archiepiscopum, olim pro eisdem, occasione infamie, qua infamati extiterant super interfectione domini Borchardi, quondam eiusdem Archiepiscopi felicis memorie, Nos auctoritate apostolica indicem impetrauerint; Auctoritate igitur harum literarum discretioni vestre committimus et mandamus, quatinus citetis publice et peremptorie omnes et singulos, qui dicte confirmationis negotio opponere se voluerint siue possint de iure, ut compareant coram nobis, feria secunda proxima post festum beati Martini, ad procedendum in toto negotio predicto et ad sententiam diffinitiuam, prout dictauerit iuris ordo, eis intimandam. Quod si non venerint, prout persuadebunt iura, nihilominus procedemus. Datum Anno Domini M. CCC. XXXVIII.